

AD
CLARISUM, & EXCELLENTISUM,
DN. M. ELIAM MAJOREM
P. L. C.

IN SPLENDIDIS. VRATISL. REPUBUL.

GYMNASII ELISABETHANI

RECTOR. ET PROFESSOREM

OPT. MERIT.

NEC NON COETERARUM, QVÆ IBIDEM,

SCHOLARUM

INSPECTOREM VIGILANTISSIM.

OBTRIST. EX HAC VITA

DISCESSUM

MATRONE HONORATISÆ.

DN. MARIE PROFIE,

CONJUGIS SVAVISSIMÆ,

DESIDERATIS.

GRAVITER DOLENTEM

COLLUGENT. AMICORUM LIGNIC.

ALLOQUIA,

TYPIS PUBLICATA
Per ZACHAR. SARTORIUM Typograph:
LIGNIC.



Vem majorem aliis VIRTUS
Doctrinaq; fecit,
Sis major luctu, MAJOR
amice, tuo.

*Ita condolens pre-
catur*

DANIEL Herffwig
Reip. Patr. Lign.
Consul.

Desine

DESINE perpetuis Uxorem urgere querelis,
A TE, quæ nuper vasit ad astra poli.
Non nego, triste quidem est, Consorti justa
parare,
Ad socium vixit quæ latus apta diu.
Sed Summi repetentis HERI qui juribus obstes?
Depositum, ingrati est, reddere cum lacrimis.

Theophilus Feigius
Superintend. in Ducatt.
LIGNIC. ac WOLAV.
Administrator.

Excellentissimo

VIRO
DN. M. ELIÆ MAJORI
VIDUO MOESTISS.
Sal. & Sol.

IPSA tuæ scribat PIETAS Epicedia Costæ,
FLACCUS & Ipse MARO funebre cætet epos.
Ne ventura Fides lateat TIBI præstita sæcla:
Hujus néve decus deterat ulla dies.
Hoc Tua promeruit virtus spectata, Scholæq;
Rector honore, diu præstita rara fides.

A 2

Hoc

Hocq; Tuæ meruit Cajæ mens candida, morum
Gratia, castus Amor, relligiosa fides.
O sancti manes! quos hæ post funera clarant
Virtutum laudes & pietatis opes.

Caspar Kefeler

Eccles. Marianæ Past.
& Consistorialis ap.
Lignicenses.

ABde mihi Solem: Noctescet. Lampada demere;
En Tenebras! Sepem tolle: quid hortus erit,
Tale torus viduus! vel si quid imagine Noctis,
Aut tenebris ipsis tristius esse potest.
Quis veter ergo Tuæ, Major celeberrime, CAJÆ
Tristia Te querulis sata dolere modis?
Sol Tuus occubuit; Lampas defecit; & hortus
Conjugii, Sepis castus honore, jacet.
Inde Tuæ domui Nox incubat atra, toroq;
Nec redit ullus, abit nec sine nube, dies.
Triste torus Viduus! Si Sparta domusq; tuenda;
Si numeras annos: triste Senex Viduus!
Tu nunc, alter ATLAS, geminum cervicibus axem,
Privatæq; rei fers scholicæq; polum.
Et cum defudas sub pondere molis utroq;
Nemo levat fessum pondere, nemo senem.
At Tua, quæ Tibi, quæ domui defecit, in illâ
Astrigera fulget lampas honora domo.
Unde Tuos spectat, defuncta labore, labores,
Et desiderio flagrat anhela Tui.

Fallor

Fallor? an ergo Tuæ dum tristia sata Maritæ,
Non tam sata Tuæ, quàm Tua sata, doles?

In honorem

Cl. & Excell. Dno. Vidui

Fautoris & Amici honoratiss.

scribet.

τὰ ἴσα παθῶν καὶ μέλιτα συμπύκτων

M. Ad. Thebesius

Eccles. Lig. P-Paul. Pastor
& Consistorialis.

IAm Mortis comites quæ nihil eximunt,
Divellunt MARIÆ stamina PROFÆ,
Et jam membra rigent, nec toruli strepunt,
Deflenda nece torpidi:

Cippum ponit, eam flebiliter gemens
Infelix Viduus, Pieriæ domus
Æternum columen, quod benè barbaras
Pubis format imagines.

Dicunt in Clario limine tristium
Autores Elegon carmina fistulâ,
Solanturq; Virum, cui decus, & sacri
Consors Conjugii cadit.

Adduxere necem Numina Corpori,
Sed Mens difficili compede libera
Iam gestit, superum nobilium comes
CHRISTO læta dicabitur.

A 3

Christi

Christi pronus Amor suspiciet piam,
Qui, cum deliciis affluit entheis,
Res donare novas largus, amaraq;
Curarum eluere est potens.
Ad quæ dum properat gaudia, de nigra
Luctûs nocte redi, non, age, Te decet
Vultum continuis tinguere lacrumis
Tristi Turtur ut in toro.

Verùm prome libros, & studium Scholæ,
Charorumq; memor nam licet, ossium
Misce lætitiâ cordolio gravem:

Æquum est, sic Sapere in DEO.

Adduct. HOR. lib. 4. Od. 12.

In Dn. Præcept. olim b. mer.
Solatium L. M. Q. f.

GEORGIVS THEBESIVS EX LIGIIS
SILESIVS, In patria Verbi DIVINI
MINISTER,

AH! magno abreptâ, Major Clarissime, Costâ
Mors luctu affecit Teq; Tuamq; domum.
Major at in Te sit constantia! Perfer, & hunc qui,
Scito, hanc abripuit, esse bonum, esse Deum.
Rursum erit hæc Tua, cum lux ultima fulserit: & tunc
Tu verè major, major & illa cluet.

Condolentiæ & solatij ergo adjecit
Gottfried Eichorn.

VÆ soli, Salomon, quo non sapientior, inquit:
Væ sævo, Viduus, qui caruisse queat:
Hoc adeò infesto præfertim tramite Honestum
Cedere, quo, jussum est, cum Pietate, procul.
Indolui idcirco, cum, Vir Clarissime, nuper,
In viduo, allatum, Te, recubare toro,
Tum Patriæ, exequias, hortatu, chartula fecit,
Dietantis meriti plurima jura tui.
Debui ei obsequium: lachrymas Tibi. Surgere nolim,
Cui se, Lignitium, mancipat omne, Viro?

Tobias Gunther

Senat. & Ædil. Lign.

ERGO jacet, Venerande Senex, quam gratia morum,
Cumq; Fide Pietas semper ad astra tulit.
ERGO jacet fulcrum generis, mensq; voluptas,
Et vitæ quondam firma columna tua.
ERGO jacet curas quæ sustulit una flagrantes,
Et decus, atq; tuæ gloria prima domus.
Afflixit magno te dextera summa dolore,
Sed majus veniens adferet hora malum.
Quæ senium foveat, quæ mille pericla Senectæ
Tollat, abest docti, Costa sublata, Senis.

Major

*Major es illustres inter celebresq; Poetas,
Artibus es Major, Major es eloquio.
Major es insigni meritorum laude, juventa
Major formanda, maximus immo vires.
Majores igitur cumulos quos anxia confert
Cura, fidem jussit Jhova prōbare tuam.
Major ubi curis fueris, O MAIOR, in orbe,
Crede tibi Celo gloria major erit.*

L. Mq. f.

Sebastian Alischerus

Minist. Lign. Petro-Paul.

MAIOR Breslæ Moderator summe juventæ
MAIOR in Aōnio Fax radiosa Choro.
PROFIA decessit Te deseruitq; MARIA,
Foedere Conjugii quæ Tibi juncta fuit:
Qua vitæ sociâ plures gavîsus es annos,
Abstulit immiti hanc Mors tibi sæva manu.
Sic Homines equidem vulgato more loqvuntur:
Rectius at multo vox pietatis amans:
Omnia quæ perhibet fieri moderante IEHOVA,
Cujus ad imperium vivit Homo aut moritur.
Ille Tibi fido conjunxit amore maritam:
Is quoq; disjuxit tempore, crede, suo.

Atq;

Atq; suo reddet felicem tempore: Tecum,
Juncta piis semper vivere ut illa queat.
Quod facis ergo, DEO soli parere memento:
Is pro tristitiâ hac plurima læta dabit.

Ita ex affectu debito
In Amicum veterem
Sperando optat

Michaël Hene Vratisl.

Reipub. Lign. Notar.

An. 1650.

Sed quoq; MAIOREM vecors Libitina laceffit,
Eurydicenq; Seni tristior hora rapit,
Nec pote multarum perspecta volumina rerum,
Displosisse trucidis spicula dura necis.
Plangite Pimpleides MAIOREM, plangite Musæ,
Sacrificumq; tuum Rector Apollo dole,
Conticeat Pindi semper resonabilis ardor,
Sistat letificum barbitos omnis epos.
Cui formanda subest, studijs addicta juventus,
Nonnisi MAIORIS tristitia damna gemat.
Qui pia Palladio perfusus pectora fonte
Apponit cupidis pocula plena labris,

B

Disci.

Discipulis bifidi monstrat juga frondea montis,
Deducens molli, ceu pater alter, ope,
Tradendasq; legit longè vigilantior artes,
Quàm poteras canã note Epicharme fide.
Indè tot egregias juvenilia corcula doses,
Donaq;, contemnit quæ rudè vulgus, habent,
Hinc habet utibiles Silesia tota Quirites,
Impar pro meritis par retulisse Viro,
Breslaq;, perpetuos Epicharmo cernit honores,
Bresla potens, geminã sola beata Scholã.
O me felicem, cui contigit ora tueri
Docta Senis, puerum voce docentis agi.
Non mihi maluerim, quicquid Berecynthius heros
Congerit, aut Imoli dives arena vehit.
Heu mihi, quàm vellem, modo fas sit velle,
Magistrum
Posse meum fato prospere frui.
Viveret, optarem, deserto Caja Marito,
Et labefacta Senis membra foveret anus,
Utq; Vir in seros Musarum viveret usus,
Sedula curando dulce subiret onus.

Sed

Sed nec velle juvat, nec votum fata sequuntur,
Sunt adamanteis fata ligata modis.

Nec fas, mortalem fatorum infringere leges,
Votaq;, sint votis consona nostra DEI.
Interea meritis celebri, canumq; coronã

Sit levior viduus, da bone CHRISTE,
thorus.

Laurentius Baudisius

Lignic. in Illustr. JOHAN-
NEO Verbi Div. Minister.

Velle DEI sit velle tuum, Clarissime Major,
Omnia nam secum fert bona velle DEI.
Mortua dum conjux tua, facta est dia voluntas,
Ergò velle DEI sit quoquè velle tuum.
Plus, quàm velle tuum, Domini te velle juvabit,
Ac tibi; pro luctu, gaudia plura feret.

Solaminis ergò
facieb.

Tobias Barthls IVs Insa Crã

pViræ VirgInls ECCLESiã
VerVs atq; Vèsln CerVs LIGNI-
CII Minister.

B 2

Cl-

Clariff. & moestiff. Dn. Viduo,
Præceptori olim suo
dilect.

Qui Te constituit Rectorem & Gymnastarcham,
Ut Pubem in Recti tramite ritè regas,
Ille tuus Rector, luctûs moderamine recto,
Rectorem factò Te jubet esse Bonum.
Scilicet in Viduo talem, Vir clare, probabis
Te Thalamo, qualem Te DEUS esse cupit.
Posse alios regere est magnû, sed posse seipsû
Majus, & hoc, Rector, nomine, Major
cris.

*Paucula hæc
devotè offert*

Petrus Thebesius
*Lign. Eccles. ibid. Maria-
næ Minister.*

Conjugis ut vidi tristem pro funere lessum,
Et charâ nobis carmina missa manu;
Indolui, & Senium, viduataq; pignora Matre,
Cordis moyêrunt interiora mei,

Quid

Quid faceres Venerande Parens? stat dia Voluntas,
Immotoq; cadens ordine vivit homo.
Collige, quæ viduis dixti solando; quiesces
Crede, Tibi nostro convenietq; Deo.
Qui sua, quò tua sint, ad tempus credidit, Illi
Da sua, in extremo restituenda die.

Ita Dn. Præceptori
æternûm honorando,
collig.

M. Martinus Kothman
P. L. C. Scholæ Duc.
Joh. R.

Dum metus & summi reverentia Numinis orbem
Deserit, & stygium regnat ubiq; nefas.
Impietas dum laxatis bacchatur habenis,
Indulgensq; sibi nescit habere modum.
Dum securum animas in aperta pericula mittit
Vulgus, & ejurat limina sancta poli.
Dum locus Astræe non est, super astra receptæ;
Dum lex & mores terga dedere fuga.
Næ felix nimis est, læta qui morte solutus
Præterijt celeri talia monstra pede!

B 3

Ergo

Ergo Pierie, MAIOR, lux maxima fame,
 Desine Consortis funera flere tua.
 Effugit sublata malum, terræq; labores,
 Post exantlatos, inter acerba, dies.
 Obtinuit requiem cælo, comes addita Divis,
 Angelicosq; inter plaudit ovatoq; choros:
 Exspectans CHRISTI cupidum cum prole maritum,
 Cum veniet fato summa cuiq; dies.
 Interea [: qui solus honos post funera restat :]
 Conjugis in tenris Nomen obire veta,
 Musarum studijs & doctâ Palladis arte,
 Major, Apollinei stella corusca jugi.
 Et pia progenies, tua quæ vestigia calcat,
 Inscribet Matris nomen ubiq; cedro.
 Doctorum fundæ vivent per carmina laudes,
 Donec erit cultis fama decusq; metris.
 Hæc pietatis habet non-fictæ præmia: Cælo
 Gaudia: perpetuum Nominis, orbe, decus.

Contestandi affectus gratia,
 Lignizii V. Non. Februar. scribebat
 An. 1611.

Valentinus Reimanus.

M. EL-

M. ELIAS MAJOR P. L. C. 940.
in Triang.

Certè hæc DEO grata. 940.

GRATA DEO quæ semper erat, quæ grata Marito,
Permanet hæc certè mortua grata DEO.

* * *

NOMINE MAGNUS eras, MAJOR virtute creatus;
Sis luctu patiens MAXIMUS esse potes.

Condolentiam suam erga Dn. Præ-
ceptorem quondam optimè me-
ricum hisce testa-
batur.

Balthasar Hildebrandi.



M. Elias Major P. L. C.

Coro das Das Grimas

Grimas Das Grimas

Comine M. Das Grimas

Comine M. Das Grimas

Salutar M. Das Grimas

